UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

29. Dies Septembris. Colpæ genus est, non fecisse quod summum est?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Visual Library

non erit malum: fortaſſe & adhuc malum eſt; vix, & dubio jure, vituperio liberabitur: nam poſſe bonum eſſe, & non eſſe, ob viciniam ſaltem malitiæ, jam non bonum eſt: Laus autem non eſt non mali, ſed boni, & de bonis. Igitur non ſufficit, nihil pœnitendum agere: ſed agere de quo ſit gratulandum. Denique cognoſcitur arbor ex fructibus, homo ex operibus. Illa autem ut ſint bona, dependet ab intentione, in fructus ab arboris radice. Quia:

*A radice mala, naſcuntur peſſima mala.*

## 29. DIES SEPTEMBRIS.

Culpæ genus eſt, non feciſſe quod ſummum eſt?

*Theodoricus.*

Ut virtutes acquiras, exempla aliorum aſpicias. I.

UT ſis in omni Virtute non tantum magnus, ſed inter magnos ſummus, facilè à te impetrabis, ſi juxta monitum Theodorici Regis, tibi ipſe perſuadeas, eſſe genus culpæ, non feciſſe quod ſummum eſt. Ut hoc facias, multum conferet ad eos oculorum aciem convertere, qui in ſingulis, aut etiam in omnibus Virtutibus fuerunt ſummi: Qui vivunt in cœtu laudabili vita, moribusque præſtantium, magnum habent ſubſidium, ut & ipſi virtute ſint præſtantes, dum in virtutum quibus præcellunt, intuentur præſtantiam. Verſantur enim in ſpectatiſſimo theatro, admirabilium rerum pompa referto, unde cum ſpectaverunt, & illi virtute fiunt ſpectabiles. Homero Uliſſes videbatur Sapiens, *quod mores hominum multorum vidit, & urbes.* Et qualia quæſo fuerunt ejus ſpectacula?

 Cico-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cicones feri, Cymmerii tenebriones, Cyclopes in-
humani, venefica mulier cantatricum ſcopuli hi-
dinoſarum, Eumæi ſtabulum, Alcioni hortus, In-
ferni monſtra, naufragia ſociorum: quæ partim ve-
nia ſunt, partim fabulis, & Poeticis coloribus invo-
luta. Alia in Sacrorum hominum, veluti regno, h-
domiciliis videre licet, alia ſolent ſpectacula uſurpa-
ri, alia rerum omnium facies oculis proponi, non
ſine commodo mirifico intuentium.

II. In hoc charitas eximia erga Deum, alioſque
mortales: in illo ſingularis animi demiſſio, & in-
credibilis modeſtia: lucet in illo patientia invicta,
& laborioſi animi conſtantia: in hoc Paupertatis
amor. In quibuſdam admirari licet Innocentiam
animi, & candorem pectoris: in aliis Spiritum pie-
tatis: in alio humaniſſimæ mentis manſuetudinem.
Ubi tot unà ſoles fulgent, neceſſe profectò eſt co-
lorari, in his ſpeculis animadvertere ſuos nævos, eo-
que aculeis concitatos currere in ſtadio perfectionis
ad bravium. Hæc adjumenta ſunt parandorum ani-
mi ornamentorum, hæc curricula perfectorum
hominum, hæ officinæ ſapientum, hæ ſcholæ pro-
borum. In congreſſu, & commercio tam inſigni
piorum, qui non proficit, aut cœcus eſt, qui non
videat, aut plumbeus, qui nullum guſtum rerum
illuſtrium habeat, aut malitioſus, qui ab officio bo-
ni viri abhorreat. Nec tantum oportet intueri,
quos imiteris vivos, ſed jam ſublatos è vivis. Præ-
clarè Caſſiodorus. [a] *Honeſtum eſt, quos ſequimur*
*tempore, velle præconus anteire.* Sæpe referenda eſt me-
moria ad eorum vitam cogitandam, qui nobis vi-
vendi

[a] *l. 9. Var. epiſt. 7. In parad.*

vendi ſunt norma, & quorum opera, virtutum omnium ſunt magiſteria. Quare ut Tullius, cives ſuos jubet, quos ad virtutem inſtituebat, acerrimè cogitare, quibus gradibus Romulus ad Cælum aſcenderit, quibus Numa, quibus Africani, & alii Heroes. Sic deceret nos frequenter circumſpicere, quam ad cœlum inierunt viam Apoſtoli, quam D. Auguſtinus & alii Apoſtolici viri.

III. Sed quia hodierna die illius Angeli eſt ſolennitas cujus inter Angelos maxima fuit dignitas, & par dignitati Sanctitas, S. Michaelis, ad eum, ut imitemur, oculos attollamus, & mentem convertamus. In ejus triumphali labro, aureo charactere expreſſum eſt, quod & nomine ſuo refert. Quis ut Deus? Hoc Divino acroamate, veluti excuſſo è nubibus fulmine, proſternam omnes adverſarios. Si ſuis blandimentis, & molli titillatione mihi lenocinetur Caro, opponam? Quis ut Deus? Si Mundus mihi objiciat pompam & choragium furilium recularum, ſi divitias, fucum fortunæ: ſi honores, ſomnium vigilantium: ſi gloriam nihili effigiem; ſi dignitates, quibus nihil indignius; ſi famam magnam, parvi nominis umbram; ſi ſcientiam, inflatam bullam: ſi gemmas, maris ſpumas; ſi aurum, & argentum, terræ excrementum; ſi omnia regna mundi, quæ non ſunt niſi ſtercora præ regno Chriſti: Opponam illam glorioſam Michaelis teſſeram: Quis ut Deus? hæc una interrogatio, erit omnium hoſtium internecio. Hoc verbum erit mihi contra omnes adverſarios adamantinum ſcutum. Hoc eſt verbum victoriæ, In hoc verbo, Michaele protegente vincam. Hæc interrogatio, erit mihi pluſquam fulminatrix

legio. Hoc Angelicum vexillum plantabo in co
meo. Hoc uno in corde meo, prælia Domini p
liabor. Hæc tibi, quiſquis virtutis acquirend
ſtudioſius, ſit vox familiaris. Quis ut Deus? ſi q
dicis, verè ſentit, ſenties vim maximam ineſſe
trinis verbis, & experieris bono tuo eſſe veriſſim
illud de his verbis:

*Stellis, atque herbis vis eſt, ſed maxima verbis.*

## 30. DIES SEPTEMB.

**Non quemquam propter canos, aut rugas putes d**
**vixiſſe, non ille diu vixit ſed diu fuit?** *Seneca l. d*
*Brev. Vitæ.*

Non differendum, tempore bene uti.

I. HOc menſe præterierunt no
triginta dies ſalutis: videa
illis te promoveris ad tua
ſalutem. Diſcute an non poſſit de te dici, quod Se
neca aſſerit hodiernâ teſſerâ, te hiſce triginta dieb
non vixiſſe, ſed tantum fuiſſe. Certè ſi lubet ad c
culum revocare tua, quibus occuparis negotia, q
bus vacas opera, repéries fors ex modico illo, q
vivis tempore, plus te vitæ perdere, quàm vive
Si de vitæ brevitate, tibi fortè videtur, quod no
ſit ſatis ſpatii, ad promovendam tuam, quam opus
ſalutem, ad promendam felicem, quam expeda
æternitatem, ad ſolvenda Deo, quibus obſtringe-
ris debita, ad exhibenda illi quibus obligaris obſe-
quia, rectè doles tempus tibi nimis anguſtum, cu
pro minimo beneficio, debeatur Deo obſequio-
rum æternitas, ſed ex illo ſpatio tam contra-
cto, plus tua culpa tibi deperit, quàm pieta
tuæ ſuperſit. Unde ſi vel totum vitæ ſpatium dole-
bas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN